CONSILIORVM
Siue Reſponſorum
D. IOAN. PETRI SVRDI
CASALENSIS I. C. ET SENATORIS PRÆCLARISSIMI.

Liber Primus.

In quibus multa, quæ in controuerſiam quotidie vocantur, acutiſſime excitata, atque diſceptata, iudicio grauiſſimo diffiniuntur.

Adiecto ſecundum ſeriem Alphabeticam, rerum & verborum Indice copioſiſſimo.

Nunc denuo excuſa, & à quamplurimis erroribus expurgata.

Cum Priuilegijs Summi Pontificis, Cæſareæ Maieſtatis, Regis Chriſtianiſſimi, Senatus Veneti, & aliorum Principum.

VENETIIS,
Apud Hæredem Hieronymi Scoti.

M D C V.

CONSILIORVM IO. PETRI SVRDI, CASALENSIS IVRISCONSVLTI.

Liber Primus.

SVMMARIVM.

1 Frater ſuccedit fratri quando nulli extant aſcendentes, nec deſcendentes.
2 Legitimatus non ſuccedit in feudis niſi Comes facultatem habeat legitimandi ad feuda.
3 Legitimationis robur dependet a priuilegio.
4 Legitimatus non ſuccedit in feudo.
5 Demonſtratio falſa ſignificans conſanguinitatem vitiat diſpoſitionem.
6 Inſtitutus tanquam filius cum non ſit, non ſuccedit.
7 Filius in dubio præſumitur conceptus ex ſemine mariti, ſi natus eſt in figura matrimonij.
8 Etiam ſi conſtaret matrem aliis ſe proſtituiſſe.
9 Nominatio, tractatus, inſtitutio, & alia probant poſſeſſionem filiationis non proprietatem.
10 Teſtis qui deponit non veriſimilia, non probat.
11 Imperator, ſeu comes Palatinus ab eo creatus non poteſt legitimare in locis infeudatis Ducibus.
12 Marchio Montisferrati habet iura imperij.
13 Imperator legitimare non poteſt ad feuda, quæ erant ob finitam generationem recaſura ad principem infeudatum.
14 Citari debet is cuius intereſt, etiam ſi ſolum haberet ius in ſpe approbata.
15 Legitimatio vbi fit ad feuda citandi ſunt agnati vocati in inueſtitura.
16 Vaſſallus feudo non poteſt priuari ſine cauſa.
17 Legitimare ad feuda licet poſſit princeps, tamen id procedit ſolum tribus cauſis vt ibi.
18 Legitimatus non excludit ſubſtitutum, qui non fuit citatus in legitimatione.
19 Legitimatus non dicitur natus de legitimo matrimonio, nec facit deficere conditionem ſi deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio.
20 Legitimatus non excludit ſubſtitutum in teſtamento perſonæ nobilis.
21 Legitimatio ſine cauſa non valet ſi fiat ab inferiore.
22 Comes Palatinus non poteſt legitimando vti plenitudine poteſtatis.
23 Princeps poteſt inferiori communicare reſeruata.
24 Legitimatus habet ſuam intentionem fundatam ſuper inſtrumento legitimationis.
25 Legitimandi facultas eſt de reſeruatis principi.
26 Legitimandi facultas concedi poteſt Comiti Palatino.
27 Legitimatus a Comite creato per Cæſarem, videtur legitimatus ab ipſo Cæſare.
28 Legitimatus ad feuda ſuccedit in feudis.
29 Princeps poteſt fœminam habilitare ad ſucceſſionem feudi in præiudicium agnatorum.
30 Legitimare eſt maculam abolere, & natalibus reſtituere & ibi exornatur.
31 Priuilegij tenor eſt omnino attendendus.
32 Generalis mentio idem operatur quoad omnia, quod ſpecialis quoad ſingula.
33 Feudum venit in vniuerſali diſpoſitione.
34 Legitimare ad feuda poteſt Comes, qui priuilegium habet legitimandi ad omnes, & quaſcunque ſucceſſiones.
35 Legitimandi ad feuda poteſtas quibus verbis cenſeatur conceſſa.
36 Mandatum generale cum libera videtur conceſſum, quando confertur facultas faciendi ea omnia quæ ipſe conſtituens facere poſſet.
37 Comes Palatinus quando legitimare poſſit ad feuda, licet expreſſe non ſit dictum in priuilegio.
38 Filiatio ex parte patris difficile probatur, & ibi multa.
39 Indicia & coniecturæ ſufficiunt in his quæ ſunt difficilis probationis.
40 Filiatio probatur per coniecturas.
41 Filiatio præſumptiue quomodo deducatur.
42 Præſumptiones iuris ſunt liquidiſſimæ probationes.
43 Filiationem præſumptiue probari ſufficit.
44 Filiatio probatur ex eo quod natus eſt quis ex concubina in domo retenta.
45 Filiatio probatur ex eo quod filius fuit baptizatus de ordine patris & leuatus de ſacro fonte.
46 Filiatio probatur per alimentationem & tractatum, ſiue legitima, ſiue illegitima ſit.
47 Filiatio probatur per nominationem.
48 Filiatio probatur per famam.
49 Filiatio probatur ex eo quod pater impetrauerit eum legitimari vti filium.
50 Filiatio probatur per actum inſtitutionis.
51 Filiationem probant verba enunciatiua.
52 Filiationem probat liber patris in quo eſt ſcripta natiuitas filij.
53 Filiationem probant nominatio, tractatus, educatio, fama, legitimatio & inſtitutio.
54 Filiatio vt probetur coniunguntur duæ coniecturæ, ſeu præſumptiones.
55 Filius mariti non probatur ex ſolo matrimonio, niſi etiam ſit natus in domo mariti.
56 Filius natus intra nouem menſes poſt mortem primi Viri ex matre, quæ ſtatim ſecundo Viro nupſit, præſumitur eius eſſe in cuius domo eſt natus.
57 Filius natus in domo adulteri præſumitur filius adulteri.
58 Filius mariti non præſumitur, qui natus eſt marito iam per annum abſente vel impotente.
59 Filius mariti non præſumitur is qui erat conceptus, antequam mater nuberet.
60 Præſumptio vna cedit pluribus.
61 Filius mariti non præſumitur, quando multæ ſunt coniecturæ in contrarium.
62 Filiationis probatio, quæ fit per nominationem, tractatū, legitimationem, famam, & inſtitutionem ſufficit in petitorio iudicio.
63 Præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium.
64 Filiationis præſumptiua probatio ſufficit in petitorio, niſi probetur contrarium.
65 Aug. in conſ. 101 reprobatur.
66 Dominium incidenter deductum facilius probatur quam vbi de eo tractatur principaliter.
67 Filiationis quaſi poſſeſſio ſufficit, quando filiatio incidenter deducitur.
68 Mandatum ſpeciale requiritur, quando reſtitutio in integrum petitur principaliter: ſecus quando incidenter.
69 Poſſeſſio aliud eſt, aliud proprietas.
70 Agens tanquam proprietarius non obtinet ſi probet ſe emphiteotam, ſeu vaſſallum.